

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXIII

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)



foeminam adsumit, ubi tamen *Kamez* in *Pa-*
tach mutatur, inserto in ה penultimum *Schva*.

§. XXIII.

Vox שפר p. 86. potius referenda est ad radi-
cem שפר. Apud Arabes شفر *enituit, aurora,*
et *vultus* significat, adeoque de pulchritudine *rei*
et *vultus* usurpatur, quantum in oculos incurrit:
et cum splendētia et nitētia nos delectent, hinc
placendi significationem quoque habet radix.
Apud Hebræos vix bis occurrit Pf. XVI, 6. et Job
XXVI, 13. quod ita verto: spiritus ejus *cælum*
splendere fecit. Ibi enim more arabico ש subjecto
prædicationis præponitur, sicut etiam prædicato
præmitti solet; Pf. XXXIII, 6. Videtur autem
dagesch forte ex voce שפר præter necessitatem
omissum, ut in aliis literis *dageschabilibus* omissum
observatur, v. g. שחה Ezech. XVII, 17. XXXI,
4. Præter ea radix arabica שפר *vocem in guttur*
demisit, ut eo fortiori nisu *emitteret,* et שפר *fistu-*
lavit. Inde 1. שפר *fistula magna, tuba,* ex
quacunq; materia confecta, modo inflata sonum
edat, ad cujus autem *inflationem* requiritur, ut
ventus in pulmones *demissus* per illam protruda-
tur. Ex. XLX, 16. Jud. VII, 8. LXX. σαλπιγγί,
lituus, buccina, quoniam aer in bucca collectus,
cum vi in illud instrumentum detruditur. Ara-
bes quidem voce שכר utuntur, sed non quate-
nus *frangere* est, שבר Hebræis, alioquin scriberet-
retur שכר per ה raphatum, ex ar. הבר *fugit.*
lis omnino est vox exotica. 2. שפר *splendor, ni-*

N 5 tor,

tor, inde Gen. XLIX, 21. שפר נטרי *distia nitidis*, i. e. clara coll. Matth. IV, 15. 16. 3. שפיר *nitidus, splendidus, viridis, frondosus*, de arboris densitate ramorum Dan. IV, 9. 18. LXX. *ὠγαῖα φύλλα spectabilia folia reddunt*. 4. שפירי *vox ἀπαξ λεγομένη*. Jer. XLIII, 10. occurrens varie reddita est, a veteribus. LXX. *verterant καὶ ἀρεῖ τὰ ὄπλα αὐτῶν et tollet arma sua super eos, quasi pro נטרי legissent נטה*. Respexerunt ad veterum consuetudinem, qui *chlypeos, pharetras*, et reliqua arma poliebant et urgebant in expeditionem profecturi, uti CURTIUS arma *Darii* ejusque ducum et militum descripsit L. III. c. 11. Cum autem lectio נטה *extendit*, non נטה habeat, tentorium hac voce designari, recte arbitrantur recentiores, quamquam *Vulgatus* per *thronum* sive *folium* transfert, Palma deferenda est *Chaldaeo*, qui habet נטה *folium* suum, nos addimus *superne tectum*. Apud Arabes dictante *Golio* p. 1180. ex *Gieuhari* est *corium rotundum* quod infertur rei, e. g. *tentorio*, ex נטה transpositis radicalibus, *extendit, expandit*. Videtur ergo *tentorium* longe lateque *tectum* et *extensum* designare. In oriente enim tentoria solebant, non tantum aulicis, sed et *pellibus* et *corio* tegi, ut ex descriptione tentorii sacri Ex. XXV. patet. 5. שפרפרא *aurora enitens, illucescens* Dan. VI, 20. sicut græcis dicitur *ἠὼς aurora*, ab αὐω *splendens*, et tandem 6. nostrum שפר *spectabile, nitidum*. Idem videtur designare quod I Sam. I, 5. vocatur מנה נטה *portio spectabilis*.

Ad